

DE TRIBUS PLATONIS CRITIAE CODICIBUS

Edituro *Critiam*, cui Plato noluit summam imponere manum, codices septendecim praesto sunt, neglecto Urbinate gr. 29 (fol. 166r - 175r), quem saeculo XVII ex editione quadam prelis impressa descriptum esse, ut non pro certo adfirmaveris, ita veri simillimum videtur¹. Ex tota librorum multitudine plerosque, utpote interpolatae memoriae noxios vel e superstitibus manantes, indignos esse qui conferantur sponte patet, ideoque, *Critiae* recensendo siquis operam collocare instituerit, satis sibi sit, eis quae ad codicum omnium inter se cognationem pertinent omissis, libros antiquiores praestantioresque, Parisinum dico et Vindobonensem, denuo conferre et dialogi semitractati textum ad horum codicum scripturam, quoad fieri possit, reducere². At praestantia librorum A F, qui tamquam recensionis fundamenta sunt adhibendi, noviciorum

1. Quo de libro, manu Iosephi Cretensis exarato (C. Stornajolo, *Codices Urbinates Graeci Bibliothecae Vaticanae*, 1895, 36), fusius agere opus non est: M. Wohlrab, *Jahrb. f. class. Phil., Suppl. XV*, 1887, 680; cf. Alline (*infra* [n. 2]), 308, n. 2: «les *Urbinates* 28, 29, 30 (i)... ont peut-être été copiés sur l'édition Aldine»; L.A. Post, *The Vatican Plato and its Relations*, 1935, 75. – Ad textum constituendum nihil adfert Scorialensis Ψ-I-1 (419), anno 1462 scriptus (S. Lambros, *Νέος Ἑλληνομνήμων* 4, 1907, 316), quippe qui non *Critiae* minimam partem praebeat (fol. 196-7 = «“Cleinius”, fort. Critias»: E. Miller, *Catalogue des manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial*, 1848, 409), sed *Axiochi* («Cleinius is another name for Ax. as in Z and Laur. z»: Post, 82). Cf. G. de Andrès, *Catálogo de los códices griegos de la Real Biblioteca de El Escorial* III, 1967, 1f.; usque ad fol. 207v scriptus est liber a Demetrio Tribola (A. Diller, *Studies in Greek Manuscript Tradition*, 1983, 258). Non aliter est iudicandum de Vossiano gr. Q 54 (Wilson [*infra*, n. 2]), no. 60), saeculo XV vel XVI exarato, qui cum variorum Platonis scriptorum tum *Critiae* excerpta servet perbrevia (fol. 451): K.A. de Meyier, *Bibliotheca Universitatis Leidensis, Codices Vossiani et Miscellanei*, 1955, 172.

2. «Im Kritias kommt man mit A F gut aus»: Wilamowitz, *Platon, Beilagen und Textkritik*², 1920, 393. Viam aperuere J.C. Chr. Schneideri, viri de *Critia* edendo egregie meriti, dissertationes anno 1855 in publicum emissae: (a) *Index lectionum in Universitate Vratislaviensi per hiemem a MDCLV habendarum*, (b) *Diem natalem Regis... Friderici Guilelmi IV celebrandum... indicit C. E. Chr. S.* (cf. H. Herter, *Rhein. Mus.* 92, 1944, 243). – Codices phototypice depictos inspexi et, quantum fieri poterat, siglo a Post adhibito (65-92) unumquemque insignivi; adieci notas numerorum elenchi perutilis quem congessit N. Wilson: «A List of Plato Manuscripts», *Scriptorium* 16, 1962, 387-395. Ad textus platonici quae dicitur historiam pertinent: H. Alline, *Histoire du texte de Platon*, 1915; H. Erbse, in *Geschichte der Textüberlieferung*, 1961, 258ff.; G. Pasquali, *Storia della tradizione e critica del testo*², 1952, 247ff.; M. Schanz, *Ueber den Platocodex der Markusbibliothek in Venedig*, 1877; M. Sicherl, *Jahrb. d. österr. Byz. Gesellschaft* 15, 1966, 201ff. (= [A. Harlfinger], *Griech. Kodikologie und Textüberlieferung*, 1980, 535ff.); Wilamowitz, 324ff.; Wohlrab, 611ff.

pretium ad nihilum redigere nequit, cum inde fructus, exiguus quidem sed haud spernendus, percipi possit: quamquam perraro fit ut recentiores soli lectionem veram exhibeant et textui perturbato locisque vitiis manifestis laborantibus subveniant, gregarios perscrutando nonnullas alicuius momenti lectiones facile reperias, quas a coniectura tantummodo felici originem trahere optimo iure abstinere quin sumas; praeterea, cum nemo adhuc, librorum omnium lectionibus accurate exscriptis, uniuscuiusque codicis cum ceteris cognationem plane statuerit, textus traditi historiam fundamentis solidis latisque carere non est cur ambigas³. Quae cum ita sint, quaerenti mihi quidnam collegae humanissimo studiorumque ad renascentis Graeciae litteras pertinentium paene coryphaeo dono donarem visum est ab re non fore textus *Critiae* fortunae aliquatenus repetere, ita ut, recensitis testibus duobus cum A modo quodam cohaerentibus, non solum lectiones varias quae per se consideratione dignae sunt sed etiam vitia excuterem quae certis vestigiis nonnumquam ad sinceram nos memoriam revocant. Ut ne minutias quidem orthographicas silentio praetermitterem eo adductus sum quod huiusce generis quisquiliae ad librariorum indolem cognoscendam aliquotiens usui sunt⁴.

Dialogi nostri codices adhuc innotuere hi:

1. Ambrosianus gr. 316 (E 113 sup.), chartaceus, 279 x 204: Platonis Gorgias, Io, Hippias maior, Hippias minor, Critias (fol. 79r-88v), Meno, Aeschinis orationes et epistulae. Codex, manu Ioannis Rhosi Cretensis anno 1482 exaratus, fuit Georgii Alexandrini.

A. Martini-D. Bassi, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae*, 1906, 361-2; Wilson, no. 79; Post, 70; A. Diller, *Illinois Class. St.* 4, 1979, 53 (= *Studies*, 238).

3. «... per vergogna della filologia, i codici di Platone sono noti imperfettamente: a che darsi tanta fatica con apografi?»: Pasquali, 253. Quod erat Wilamowitzio in votis (337: «Aber zu wünschen bleibt immer noch eine Ausgabe, die uns die Ueberlieferung vollständig bietet, aus den Handschriften und den Zitaten, wo auch noch mancherlei zu tun ist...») nondum effectum est; cum lectiones memoratu dignas in recentioribus latere consentaneum sit, «ist der moderne Herausgeber verpflichtet, alle Varianten solcher Zeugen auf ihren Wert zu prüfen» (Erbse, 261). Quod ad librorum affinitates spectat, «on doit établir pour chaque dialogue un groupement particulier»: Alline, 313. – Ut hoc consilium exsequeretur, viro κρηταγενει aliquid donaturus, eo magis adductus sum quod narrationem de Atlantidis ortu interituque in Cretae historia fabulari radices capere non desunt qui contendant: «... πιστῶς ἀντεκατοπτρίσθη εἰς τὴν διήγησιν τοῦ πολιτισμοῦ τῶν κατοίκων τῆς Ἀτλαντίδος ὁ μινωϊκὸς κόσμος, ὁ ὁποῖος τόσον αἰφνιδίως καὶ παραδόξως ἐξηφανίσθη» (N. Platon, *Zákros*, 1974, 310); vide sis J.V. Luce, *The End of Atlantis*, 1969, 28ff.; W. K. C. Guthrie, *A History of Greek Philosophy V*, 1978, 248f. Contra, C. Gill, *Plato: The Atlantis Story*, 1980, VIIIff.; P. Vidal-Naquet, *Le chasseur noir*, 1981, 340f.

4. Tota codicum varietate nixus, lectiones A Mu Mo communes siglo *p*, consensum vero Mu Mo littera *q* notavi. Quod ad vitiorum *q* originem attinet, Georgium Valla minore quam debebat diligentia A usum esse exemplari mihi persuasum habeo: praeter voces nihili, velut πάρορηθος (110 e1) vel κατὰμοῶθος (118 b2), contempleris velim scholia Mu marginalia plerumque cum scholiis A adamussim congruentia, necnon spatii relictum signum (108 d8) ambobus libris commune; unde orta sit vox ἐπιθεῖν (121 c1), accisa in A folii 151 pars satis superque docet.

2. Ambrosianus gr. 329 (F 19 sup.), chartaceus, 144x108: Excerpta cum e Platonis dialogis epistulisque (Crit. 109 b1-c4: fol. 237r-237v) tum e Plotini et Procli operibus. Scriptus est liber a Marsilio Ficino.

Martini-Bassi, 376; Wilson, no. 80; Post, 70-1; M. Sicherl, *Scriptorium* 16, 1962, 61.

3. Angelicus gr. 101 (C. 1. 7), membranaceus (inde a fol. 383 chartaceus), 235x205: Platonis Gorgias, init., Meno, Critias (fol. 17v-26r), Minos, Respublica, Hippias maior, Hippias minor, Phaedrus, Leges, Alcibiades secundus, Albini Praefatio, Theonis Smyrnaei Mathematica, Alcinoi λόγος διδασκαλικός, Plutarchi De musica. Codex, a duobus librariis exaratus, quorum alter saec. fortasse XV fol. 1-153 scripsit, fuit Aegidii de Viterbo. – [v Bekker, Ang B Schneider].

P. Franchi de' Cavalieri, *St. it. fil. class.* 4, 1896, 140-1 (= C. Samberger, *Catalogi codicum graecorum* II, 1968, 154-5); Wilson, no. 161; Post, 37; T. W. Allen, *Class. Review* 3, 1899, 347, no. 30; J. Whitakker, *Scriptorium* 31, 1977, 228-31.

a 4. Laurentianus LIX. 1, bombycinus, f^o: Diogenis Laertii Vita Platonis, Albini Praefatio, Theonis Mathematica, Alcinoi λόγος, Plutarchi De musica, Platonis tetralogiae I-III, Pythagorae Carmen aureum, Timaei Locri Epitome, Epitome libelli Plurarchi De animae procreatione, Platonis Timaeus, tetralogiae IV-VII, Spuria, Clitopho, Respublica, Critias (fol. 423r-427v), tetralogia IX, Definitiones. Codicem, qui ex libris omnia Platonis opera continentibus antiquissimus est, saeculo XV scriptum esse constat fuisseque Marsilii Ficini (R. Marcel, *Marsile Ficin*, 1958, 254); emit anno 1492 Ioannes Lascaris «Candie insule Crete», agens nomine ac vice Laurentii de Medicis. – [a Stallbaum, z Bekker, Flor. A Schneider].

A. M. Bandini, *Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae* II, 1770, 487; Wilson, no. 22; Post, 36f.; E. Legrand, *Bibliographie Hellénique* II, 1885, 326; Wohlrab, 666-7; Sicherl, 225; Diller, *Studies*, 257.

x 5. Laurentianus LXXXV. 7, membranaceus, f^o: Platonis Gorgias, Meno, tetralogiae VII-VIII (Critias: fol. 215r-224v), Minos. Codex, anno 1420 a Gerardo Patrensi exaratus, fuit Marsilii Ficini. – [x Stallbaum, b Bekker, Flor. R Schneider].

Bandini III 254; Wilson, no. 34; Post, 68; Schanz, 105f; J. Burnet, *Class. Review* 19, 1905, 99f.; E. R. Dodds, *Plato: Gorgias*, 1959, 45; M. Sicherl, *Scriptorium* 16, 1962, 59; N. Wilson, *Rev. hist. text.* 4, 1974, 139ff.; [J. Glénisson-J. Bompaigne-J. Irigoien], *La paléographie grecque et byzantine*, 1977, 539f.

c 6. Laurentianus LXXXV. 9, membranaceus, f^o, continet cum Pythagorae Carmen aureum, Alcinoi λόγος, Theonis Mathematica, Diogenis Vitam, Albini Praefationem, Platonis tetralogias I-VII, Spuria, Clitophonem et Rempubicam, Timaei et Plutarchi libellos, Platonis Timaeum, Critiam (fol. 284v-287v) et tetralogiam IX, tum aliorum scripta. Saeculo XV (non XIII: Wohlrab, 669) scriptum esse constat. – [c Stallbaum, Flor. C Schneider].

Bandini, III 265; Wilson, no. 35; Post, 66; E. Hiller, *Herm.* 10, 1876, 325f.; Alline, 207; A.

Diller, *Scriptorium* 8, 1954, 126 (= *Studies*, 386); M. Sicherl, *Scriptorium* 16, 1962, 51.

- o 7. Laurentianus C.S. 180, membranaceus, 390x270, saec. XV, continet Pythagorae Carmen aureum, Timaei Locri Epitomen, Epitomen libelli Plutarchi de animae procreatione, Platonis Timaeum, tetralogias IV-VI, Critiam (fol. 152r-157r), tetralogiam IX et Definitiones.

E. Rostagno - N. Festa, *St.it.fil.class.* 1, 1893, 168; Wilson, no 45; Post, 68; Schanz, 60ff.

- M 8. Malatestianus D 28.4, bombycinus, f^o: Platonis tetralogiae I-VII, Spuria, Clitopho, Timaeus, Critias (fol. 334r-338r), Minos, Respublica. Codex, saeculo XIII vel XIV (non XII: Rostagno, Alline, Chambry [cf. Post, 56]) adsignandus, fuit Ioannis di Marco da Rimini.

R. Zazzeri, *Su i codici e libri a stampa della Bibliotheca Malatestiana di Cesena*, 1887, 236-8; Wilson, no. 8; Post, 66; Schanz, 56f., *Studien zur Geschichte des platonischen Textes*, 1874, 67f.; L. Campbell, *Journ. Phil.* 9, 1882, 195ff., Wohlrab, 666; O. Immisch, *Philol. Studien zu Plato* II, 1903, 67; Alline, 289; E. Chambry, *Platon* VI, p. CXLIII; Dodds (ad no. 5), 49.

- E 9. Marcianus Z 184 (326), membranaceus. f^o: Platonis Eryxias, tetralogiae I-IX (Critias: fol. 355v-360r), Spuria praeter Axiochum, Timaei Locri Epitome, Epitome libelli Plutarchi de animae procreatione. Liber, iussu Bessarionis ab Ioanne Rhoso exaratus, fuit Marsilii Ficini. – [Æ Bekker, Ven B Schneider].

A.M. Zanetti - D. Bongiovanni, *Graeca D. Marci Bibliotheca codicum manuscriptorum per titulos congesta*, 1740, 106; Wilson, no. 224; Post, 40f.; A. Jordan, *Herm.* 12, 1887, 170-1; Wohlrab, 686-7; Alline, 307-8; A. Diller, *Scriptorium* 8, 1954, 126 (= *Studies*, 386); Sicherl, 225.

- N 10. Marcianus Z 187 (742), membranaceus, q^o: Platonis Respublica, Timaeus, Timaei Locri Epitome, Plutarchi De animae procreatione in Timaeo Platonis, Platonis Critias (fol. 154r-159v), tetralogia IX. Librum scripsit posteaque correxit Bessario card.

Zanetti - Bongiovanni, 107; Wilson, no. 227; Post, 39f.; A. Jordan, *Herm.* 13, 1878, 475; Wohlrab, 689.

- S 11. Marcianus Z 189, bombycinus, f^o: Diogenis Laertii Vita Platonis, Albini Praefatio, Platonis tetralogiae I-II, Parmenides, Gorgias, Meno, Hippias maior, Symposium, Timaeus, Alcidiades I et II, Spuria (praeter Eryxiam), Hippias minor, Menexenus, Io, Clitopho, Phaedrus, Critias (fol. 286v-292v), Philebus, Hipparchus, Amatores, tetralogia V, Euthydemus, Protagoras, Eryxias, Definitiones. Liber, saeculo XIV exaratus, fuit Bessarionis. – [Σ Bekker, Ven a Stallbaum].

Zanetti-Bongiovanni, 107-8; Wilson, no. 229; Post, 58; M. Schanz, *Philol.* 35, 1876, 658ff.; Wohlrab, 690-1; Alline, 243; Erbse, 262; Sicherl, 217; Carlini [infra, n. 14], 165.

- Mo 12. Monacensis gr. 514, chartaceus: Platonis Gorgias, Phaedo, scholia e Marciano Z 542 (T Greene) descripta, Critias (fol. 115r-125r), Minos, De iusto, Definitiones. Codex a pluribus scriptoribus saeculo XV exaratus est.
- I. Hardt, *Catalogus codicum manuscriptorum graecorum Bibliothecae Regiae Bavaricae* V, 1812, 262f.; Wilson, no. 102; Post, 89; Schanz, 67; Wohlrab, 711.
- Mu 13. Mutinensis 89 (Q.5.18), chartaceus, 232x165: Platonis Critias (fol. 2r-15v), Timaeus, Minos, De iusto, Definitiones. Codex a Georgio Valla exaratus fuit Alberti Pii principis Carpensis.
- V. Puntoni, *St. it. fil. class.* 4, 1896, 444 (= C. Samberger, *Catalogi codicum graecorum* I, 1965, 360); Wilson, no. 91; Post, 71; A. Jordan, *Herm.* 13, 1878, 473; A. Diller, *Class. Phil.* 59, 1964, 271 (= *Studies*, 350).
- A 14. Parisinus gr. 1807, membranaceus, f^o: Platonis tetralogiae VIII-IX (Critias: fol. 145r-151r), Definitiones, Spuria. Librum nitidissime saeculo IX exeunte scriptum Petrarchae fuisse contendit A. Diller, *Class. Phil.* 59, 1964, 271 (= *Studies*, 350).
- H. Omont, *Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale* II, 1888, 145f.; *Platonis Codex Parisinus A, Fac-similé en phototypie*, 1908; Wilson, no. 127; Post, 6ff.; G. Cobet, *Mnem.* 3, 1875, 195ff.; M. Schanz, *Rhein. Mus.* 33, 1878, 303ff.; Wohlrab, 696ff.; Alline, 210ff.; Erbse, 258; A. C. Clark, *The Descent of Manuscripts*, 1918, 383ff.; E. Chambry, *Platon* VI, p. CXXXVIII f.; Diller, *Studies*, 251f; A. Carlini, *Studi sulla tradizione antica e medievale del Fedone*, 1972, 89.
15. Vaticanus gr. 228, chartaceus, 250x163, saex. XIV: Platonis tetralogiae I-II (omisso Cratylo), Timaeus, Critias (fol. 194r-203r), Menexenus, Phaedrus, Alcibiades I, Hippias maior, Hippias minor, Timaei Locri Epitome, excerpta e Platonis Phaedone et Euthyphrone. – [o Stallbaum].
- I. Mercati - P. F. de' Cavalieri, *Codices Vaticani Graeci* I, 1923, 298; Wilson, no. 198; Post, 77; Wohlrab, 683f.; E. Diehl, *Rhein. Mus.* 58, 1903, 262; P. Canart - V. Peri, *Studi e testi* 201, 1970, 394.
16. Vaticanus Palatinus gr. 175, membranaceus, f^o: Platonis Timaeus, tetralogiae IV-V, Protagoras, Critias (fol. 162r-169v). Codex ab Ioanne Scutariota scriptus (A. Biedl, *BZ* 38, 1938, 98) fuit Iannotii Manetti.
- H. Stevenson, *Codices manuscripti Palatini Graeci*, 1885, 92; Wilson, no. 179; Post, 75; Wohlrab, 680; D. Peipers, *Quaestiones criticae de Platonis Legibus*, 39f.; Canart-Peri, 253.
- F 17. Vindobonensis suppl. phil. gr. 39 (55), chartaceus, q^o: Platonis Gorgias, Meno, tetralogiae VII-VIII (Critias: fol. 245r-252v), Minos. Codex, qui anno 1420 erat Francisci Barbaro, e libro litteris uncialibus exarato saeculo XIII vel XIV descriptus est.
- H. Hunger, *Katalog der griechischen Handschriften der österreichischen Nationalbibliothek*,

Supplementum Graecum, 1957, 33; Wilson, no. 259; Post, 92; Schanz, 105f.; Wohlrab, 720f; Alline, 242f.; J. Burnet, *Class. Review* 16, 1902, 98f.; A. C. Clark, *The Descent of Manuscripts*, 1918, 414f.; E. Deneke, *De Platonis dialogorum libri Vindobonensis Memoria*, 1922; Chambry, CLXf.; Diller, *Studies*, 254-5.

Libri A Mu Mo, multum a ceteris dissentientes, in *Critia* familiam primam repraesentant, et duos novicios, licet propriis virtutibus careant, cum A conferendos esse vitiis singularibus satis comprobatur. Nam, ut lacunam solos A Mu Mo foedantem (111e 6-112 a 5) omittam, permultos est afferre locos e quibus patet duos gregarios cum libro praestantiore artissimo vinculo copulatos esse: 111 a 5 αἴτιον pro ἀγγεῖον, 112 e 2 ὄντες om., 114 e 9 γένος om., 115 a 6 ἡμέτερον pro ἡμερον, 116 d 5 καὶ ἀργύρω om., 117 c 4 μειζόνων pro μείζω τῶν. Testibus his conferendis si operam navas, non est quin perspicias menda insignia, quibus A caret, duobus recentioribus propria esse, ita quidem ut Mo ex Mu fluxisse paene manifestum sit: nam, praeter errores notabiles, velut 118 e3, καταρυσχθείσης pro κατεύθυντο τάφρου κύκλω περιορυσχθείσης (cf. 108 b3, 109 c7, 111 b6, 114 e9, 119 d8), in quibus Mu et Mo valde conspirant, nonnulla menda significativa solum Mo foedant: 106 a1, 113 d7 ἄλλους pro ἀλλήλους, 112 b6 αὐτῆς om., 114 a7 αὐτῶ pro ἦν τῶ, 120 d4 τόν δέκα. Cum Vindobonensis familiam codicum alteram repraesentet, lectiones testi notissimo proprias denuo congerere usui fore censui, praesertim quod collationi a Burnet usurpatae diffidendum esse dudum constat. Minus uberem quam speraveram fructum Malatestianus tulit; cur lectiones M proprias scripturis F adiiciendas existimaverim (duorum testium consensum littera r signavi), ipsa collatio docet⁴.

Tit. Κριτίας ἢ Ἀτλαντικός (Πλάτωνος Κριτίας ἢ Ἀτλαντικός A Mu) Τά τοῦ λόγου πρόσωπα Τίμαιος Κριτίας Σωκράτης Ἐρμοκράτης (Ερμωκρ. Mu): om. A Mo

106 a 1 ἀναπαυμένος Mo a2 ὀδοῦν M / διαπορίας (διαπορείας fort. Aac) a3 τό δέ πρίν F a4 νυ pro νῦν F a6 περί αὐτόν F b2 ἐπιτηθέναι Mo b4 λέγομεν F b7 μέν· ᾧ δέ καί (μέν ᾧ Mo) p: μέν ᾧδε ὃ r

107 a1 μειζόνως r: μείζονος p a3 ἀγροικωτέραν F a5 ἐμφρον Mu a7 πη Mu, πη M a8 λέγοντας M b1 ἢ πρὸς ἡμᾶς (ἢ postea deleto F) r b2 ἄγνοια: ἄνοια F, ἄνοια M b5 συνεπισπέσθαι r b6 μέν om. r b8 τὰ ἀνθρώπινα p: ἀνθρώπινα r c1 λεπτότης (χαλεπότητος mg) M c2 μεμεισθαι (ex - μῆσθαι F) r: μεμνήσθαι p c3 τε ξύμπαντα r: τε καὶ ξύμπαντα p c5 τίς τι: τις εἰ Fac, τισι M c6 ἦ: εἰ Mo/ἄτε r: ἄτ' p d1 ἀσαφεῖ: ἀσαφῆ Mo d2 ὀξέως, quod omiserat M, ipse librarius add. s. 1./ ὀπότ' ἄν d4 ξύνοικον d6 τοὺς λόγους: τόν λόγον M, sed τοὺς λόγους add. s. 1.

108 a1 δῆ: δέ M / ἡμᾶς Fac a2 μείζονα p a6 γέ τι z / διδόσθω r b3 συγγνώμης... λεγέτω om. q/ εἰς τότε A: ἴστω τε r b4 θαυμαστός r b5 εὐδοκίμηκεν p: —σεν z b6 δεῖση F b7 παραλαβεῖν r: —βαλεῖν p b8 μήν: μέν p (M ac) / κάμοι r: καί ἐμοί Arc (καί μοι A) c3 παῖωνά p: παῖανά F, παιᾶνα M c5 ὑστερας p: ὑστερέας F, ὑστεραίας M c6 μήν Mu c7 αὐτός σοι r d 1 πιστέον F Mo d3 τήν μνημοσύνην r d4 ἀπαγγείλλαντες Mu d5-6 κοιμισθέντα ὑπό Σόλωνος M d6 καί τῶδε r d7 αὖ τ' ἤδη p: αὐτός ἤδη r / μελητέον Mo e2 ἐννακισχίλια ἔτη (ἐνάκις — A ac) p: ἐννάκις ἔτη χίλια r e5 ἀρχουσα r e6 βασιλεῖς (—λῆς A ac)

e8 σεισμόν *r* / τοῖς δέ ἔνθεν *r*

109 a3 ἦν τότε γένη *r* / ἀνηλλομένη *Mo* a5 οἷς *p*: ὡς *r* b2 ἔχει *F ac* b4 ἐτέροις *p* / ἐρείδων *F* b5 λαγχάνοντας *Mo* b6 νομῆς *A ac, r*: νομείς *A pc, q* b7 καί κτήματα *r* c3 ὕακι *F* 4 ἀθηνᾶν *F ac* c7 ἐκ τοῦ πατρός *q* d1 πεφυκῦαν *A Mu* d3 σέσωσται *r Mo* d4 τῷ μήκει *r* d5 ἐρρύθη *Mo* d6 ὀρείων καί ἀγραμμάτων *F* d7 ἀκηκῶς *A ac* d8 ἐγγόνους *F* e3 καί αὐτοί *r*

110 a5 κατασκευασμένα *Mo* a7 διασέσωσται *r* a8 ἐρηχθονίου *F* / ἐριώχθονος *M* (γρ. σί s.l.) d3 ἐπονομάζοντες *r* b4 καί τά τῶν: κᾶτα τῶν (καί τῶν *Mo*) *p* / κατὰ τά αὐτά: καί ταῦτα *F* b7 νόμον: πόνον *r* b8 θεόν: θέαν *F* c1 ξύννομα c3 δή: om. *r* d4 καί δή καί τό: καί δή τό *r* (καί add. *Ms.l.*) d5 ἐλέγετον *Mo* e1 κηθαίρωσος *F ac* / πάρηθος *q* e2 ὠρωπίας *q* e3 θαλάττης: θαλάσση *r* e4 ὑπό: ὑπέρ *r* / διό: δύο *Mu* e5 τῶν τόν περι τήν γ' ἄρ ὄν ἔργωρ *F*, τῶν περι τήν γα ρόν *M* e7 τό πάμφορον

111 a2 παμπληθύ *Mo*, παμπληθῆ *r* a4 προτείνουσα: προτείρουσα *Mu* a5 ἀγγεῖον: αἴτιον *p* a7 ἐννακισχιλίους b4 μικραῖς *r* / νόσοις *p* b6 πιερά *r* b7 ληφθέντος *F* c1 γηλόφους: γελόφους *Mo* / φελλέως (τόπος *Mu Mo mg e scholio A, p. 290 Greene*) *r*: φελλέας *F*, φυλλέα *M* c2 πεδία: παιδία *Mo* / πιεράς *F M ac* c6 οικοδομάς *M* (ex οικοδομῆς εἰς *F*) c7 σᾶ: σῶα *r* c8 καί δή τό *M* d3 κερამίτιδι *A pc*, κερამίτιδι *Mo* / γῆ: τῆ *r* d5 τρόπους *Mo* d6 κρινῶν *Mo* d8 ὅτι περι αὐτῆς: διότι περ ταύτης *F*, διόπερ ταύτης *M* e6 πρῶτον — 112 a5 χρόνῳ om. *p*

112 a3 σεισμόν *M* / ἐπί om. *F Mac* / δευκαλλίωνος *F* a4 omissum γενομένου add. *Mmg* a5 ἰλισσόν (altero σ s.l.) *M*, ἰλυσόν *Mo* a7 λυκανητόν *q* (ex *A*) / πυκνός: πυκνῶς *r* (om. τῆς *M*) a8 ὀλίγων *p* b1 ὄκητο *r* b4 κατωκήκει *r* b5 οικείας *Mo* b6 πρὸς βορράν *F*, πρὸς βορᾶν *M* / αὐτῆς om. *Mo* / οἰκίαις κοιναῖς *p* / ξυσσίτια *r* c1 οἰκοδομῆς ἐών *r* c2 ἀργυροῦ *M* c3 μέσσον *Mu* c4 τὰς ante οἰκήσεις add. *M*² c6 ἀείπερ ἐδίδοσαν *p* d1 ἅμα τὰ σμικρά *F*, νάματα σμικρά *M* d3 εὐκραῆς *r* d6 ἑαυτῶν *r* d7 τότε ἔτι *p* e1 ὄντες *p* e2 ὄντες om. *p* e3 ἑαυτῶν *r* e6 τὰ τε δή *r* e7 οἶ' ἄν *A*, οἶ' ἄν *p* / ἀπαρχῆς *r* e8 ὦν: ὡς *p* / παιῖδες ὄντες: παιδευθέντες (παῖ δέ ὄν *A mg*) *p*

113 a2 θαυμάζεται *F* a3 πεύσεσθαι *F* a5 εὔρεν (εὔρε *M*) b3 ὑπ' ἐμοῦ: ὑπ' αὐτοῦ *p* b4 ἀκούηται *r* b6 ἦν: ἦ *r* c1 μίξεις *F* c3 ἑαυτοῦ *r* / κατώκισεν *M*: κατώκισαν *F*, κατώκησεν *p* c7 ἀφεστῶς *A pc q* c8 τοῦτο *r* d2 ἐγγεννησάσθην *F* d4 αὐτῆς δέ εἰς ἐπιθυμίαν *p*: αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν *F*, εἰς ἐπιθυμίαν δέ (omisso αὐτῆς) *M* d5 συμμίγνυται *r*, ξυμμίγνυται *p* d6 περιορύγνισιν *Mo* d7 ἀλλήλους: ἄλλους *Mo* e4 κομίσας: κοσμήσας *r Mo* e7 ατλατίδα *Mu* e8 τῷ μέν πρεσβυτάτῳ *r*

114 a4 τόπον om. *r* a5 τούτῳ *M* a7 ἦν τῷ: αὐτῷ *Mo* b1 τε: τότε *r* b4 ἐπιχόριον *F* b5 ὅπερ τ' ἦν ἐπίκλην ταύτη *p*: ὅπερ ἄν τήν ἐπίκλησιν ταύτην *r* b6 γενομένην *F* b7 τριπτοῖς *r* c1 τῷ δέ: τό δέ *F* / μετ' αὐτόν *r* c2 τῆς πέμπτῆς *r* / τε: δέ *r* c4 καί om. *q* c5 πολλάς: πάμπολῦς *F*, παμπόλλους *M* c7 καί om. *q* / τυραννίας *F* / δεῦρο: δευτέρῳ *p* d1 ἄλλο καί: καί ἄλλο *M* d4 πλὴν τοσοῦτον (πλητοσοῦτον *A ac*) *p* d5 βασιλέως *p* d7 κατασκευάσασθαι: κατασκευάσθαι *F*, κατεσκευάσθαι *M* d8 προσῆει *r*, προσήκειν (κ s.l.) *Mo* e1 νόσος *F* / αὐτή: αὕτη *r* e3 τικτά *F* / τό: τόν *F* e4 ὀνόματος: ὀνομαστός *F*, —όν *M* e5 ὀρυχάλκου: ὄρει χαλκοῦ *F*, ὄρη χαλκοῦ *M* / νήσου: νόσου *F* e8 περι τὰ *r*: τὰ περι τὰ *p* e9 γένος om. *q* / νομῆν *M*

115 a1 ξύμπασιν a2 ἄδην: ἀλλ' ἦν *r*/ταῦτα *r* a3 δέ: δὴ *M* a4 χυλῶν: χιλῶν *M* a5 ἦ: εἴτε *r* a6 ἡμερον: ἡμέτερον *p* b1 ξύμπαντα om. *r*/πόματα *A pc Mu* Mo *pc* b2 παιδιᾶς *M*: παιδείας *p F*/τε ὅς: τέως *r* b3 ἡδονῆς τε: ἡδονῆς *r* b4-5 τίθεμεν ἅπαντα: τιθέμενα πάντα *r* c2 ξύμπασαν c4 ἦσαν: οὔσαν *p* c5 μέν: γε μέν *Mo* c7 κατοικήσεις *r*/καταρχάς *r* d1 αἰεὶ εἰς δύναμιν *M* d3 ἀπειργάσαντο: ἀπεργ. *F* d5 τόν: τῶν *Mo* d6 ταύτης *r* e2 διέκπλουν *r*: ἔκπλουν *p* e4 ὑπερέχοντι (τ s.l.) *F*, ὑπερέχοντα *M* e8 ἴσος: ἴσως *F*

116 a3 πλεθριαίαν *p*: πλεθριδίαν *r* b1 ἅμα ἀπειργάζοντο *r*, ἀπειργάζοντο *p* / νεωσοίκους (νεώς *A ac*): νεώς οἴκους *F* b3 μινύντες b4 παιδιᾶς *p*: παιδείας *r* / ξύμφυτον b5 ἐξωτάτω *p* b6 περιελαμβάνοντο *r* c1 ὄρει χαλκῶ *r* c6 ἐφίτσαν *F*, ἐφοίτησαν *M* / ἐγενήσαντο *r*, ἐγγενήσαντο (ἐγγεν. *A*) *p* c7 βασιλειδῶν: βασιλίδων *F*, βασιλειδῶν *M* 8 αὐτόσε: αὐτός σε *F* d1 τρισὶ πλέθοις d3-4 ἀκροτηρίων et ἀκροτήρια *F* d5 καὶ ἀργύρω om. *p* d5-7 ὄρει χαλκῶ *F* d8 ἀνέστησαν *M* / ἔξ] ἔξ e1 τε *r*: δέ *p* e2 δελφίνων e δελφικῶν *M* e3 ἐντός om. *p* e6 ἐγγεγόνεσαν *Mu* (sed *pr. γ del.*) *Mo*

117 a1 ξυνεπόμενος a6 τήν iter. *F* b1 υποστέρους (—στέγους *A*²) *p*, ὑπό στέγους *F*, ὑπό στέγας *M ut vid.* b7 τῆς om. *p* / ἔχοντα: ἔχοντος *p* c2 πολλά om. *p* / ἐκεχειρουργεῖτο *F*, ἐπεχειρουργεῖτο *M* c4 τήν μειζόνων νήσων (sed *ω supra* ὁ *A*) *p* c5 αὐτῶ *p* d1 σμικροτέρω *r* d2 πρὸς *p*: πρὸ *r* d5 διδόμεναι *M*. δεδουημένα *A pc q* / μεστά: μετά *q* d6 δέ om. *p* / ἐξηρημένα *M* e1 ἦειν *A ac*: ἦει *p*, ἦν *r* e3 ταυτό *M* / διόρυχος *F* / τό πρὸς τό *F* e4 συνώκει τό *r*

118 a4 κύκλω *A ac*: ἐν κύκλω a5 καθημένοις *F Mo*; omiserat *M*, sed add. *M*² s.l. a6 ὀμαλόν *M* / τρισχιδίων *Mu* b1 ὄλης: ὄλος *q* b2 ἄρκτω *F* / κατάθορος (—θορος *M*, —μορρος *Mu*): κατά μέρος *Mo* / ὕμνει τό *p*, ὕμνει τό *r* b7 δέ om. *r* / ξύμπασιν *r* c2 αὐτό *r* 3 κατέυθυντο *A*, κατ' εὐθύν τό *F*, κατ' εὐθύ τῆς *M* / κατορχυθείσης pro κατηύθυντο τάφρου κύκλω περιορχυθείσης *q* c4 τό τε: τό δέ *r* c5 λεχθέν: τό λεχθέν *p* διαπονήμασι: καὶ πονήμασι *p* d1 περὶ δέ πᾶν τό: περὶ δέ τό πᾶν *r* d2 ὑποδεχόμενοι *M* d4-5 θάλατταν — αὐτῆς om. *F*; omissa praebet *M mg imo* d6 διορυχῆς *r* d7 θάλατταν *M* d8 ἦ δὴ: ἦδη *r* e2 διάπλους: διπλοῦς *F*, διπλοῖς *M* e3 πλαγίας: πλατείας *p* / τεμόντες: τέμοντες *r*

119 a2 ξυμπάντων b2 σμικράσιδα *F ac* b4 γυμνήτας/δέ: τε *Mo* c2 δέκα: δέ *p* c3 μέρει εἰ *q* c4 πλείστων om. *M*; add. *M*² s.l. / ἀποκτειννύς (sed *i supra* εἰ) *F*, —κτιννύς *M*, —κτιννύων *A*, —κτινύων *q* d1 ὄρει χαλκινή *F* d2 δὴ: δέ *r* / τότε δέ *p*, τότε δέ *p*, τό δέ *r* (sed *τε add. M s.l.*) / ἔκτου: ἐκ τοῦ *F*, ἐκ τούτων *M* d3 συνελλέγοντο *r*: ξυν— *p* d4 ξυλλεγόμενοι d5 παραβαίνει (sed *οι add. F s.v.*) *r Mo* d7 ἀφετῶν *M* d8 δέκα ὄντες ἐπευξάμενοι om. *q* / τό om. *r* e1 ἔλειν *r*: ἔδειν *p* e3 προσαγόντες *Mo*

120 a1 αὐτῶν: αὐτοῦ *M* / καθαρίζοιεν *r* a3 τά δ' ἄλλ' *M*, τό δ' ἄλλο *q* a5 ἀρῦόμενοι *r*, ἀριτόμενοι *Mo* a6 καὶ κολάσειν τε *r* c8 μηδ' ἄρχοντι *p* b2 ταῦτα δέ *r* / ἑαυτῶ *r* b3 δὴ (δὴ *Mu*) ἀνμαθείς *p* . b5 ἐγίγνιτο (εἰν *in gas.*) *F*, ἐγίγνετο *M* / σκότος: κόπος *F*, κότος *M* b7 ὄρκομοσιῶν *F*, ὄρκομοσιῶν *M* c1 ἀποσθενύντες *Mu* c5 γέρα *p*: ἱερά *r* c6 ἐπ' ἀλλήλοισι *r* c8 βασιλεικόν *q* / ἐπιχειρεῖν (ἦ *add. s.v.*) *F* d4 τόν δέκα *Mo* d8 ξυντάξας e2 ξυγγενές e3 θεῖον ὄν *r* e5 ξυμβαινουσας e6 σμικρά *r*

121 a1 τῶν τοῦ *F* a3 τροφῆς *r* / διὰ πλοῦτον: διπλοῦ τοῦ *r* / αὐτῶν: αὐτόν *F*, αὐτ'

ὄν M a6 τῆ τιμῆ r/ξυναπόλλυται a8 αὐτοῖς: αὐτῆς r/ἄ] τά b3 ὄραν μὲν r
 b6 πάγκαλοί τε p b7 ἐμπιπλάμενοι rMo b9 διατιθεμένοις p c1 ἐπιθεῖναι r
 et re vera A: ἐπιθεῖν Mu Mo/βουλευθεῖς p c2 ξυνήγειρεν c4 ξυναγείρας

Restat ut de Malatestiano quid sentiam summatim exponam. In *Critia* longe aliter res se habet ac in *Republica* (Burnet, *Platonis Opera IV*, praef.: M, «licet cum Parisino artiore quodam modo conexus sit, non tamen ex eo descriptus»; Chambry: M et D [Marcianus Z 185] «sont une contamination de A et de F; M est beaucoup plus près de A...»). Me quidem iudice, si M ex F descriptum esse adfirmaveris, in errore non versaberis, dummodo addas librarium ea quae suo Marte conaretur emendare nonnumquam depravasse⁵.

5. Quin 'corrupta' librarius coniectura plerumque temptaverit vix est qui dubitet: 107b2 ἄννοια, 108c3 παιᾶνα, 111c1 φυλλέα, 112c2 ἀγγυροῦ, 114c5, e5, 116c6, 117b1, 118c3, 119d2, 120b5. Verba tamen θάλασσαν — αὐτῆς (118d4-5), quae solus F omittit, documento sunt in lacuna supplenda scribam alio libro usum esse adminiculo.